

Lucas Gernler Caspar Schlumpf


Disputatio Theologica Secunda, De Forma Unionis Personalis In Christo Anaskyasik

Basileae: Deckerus, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78786336X>

Druck Freier  Zugang





In Tomo hoc XXXVII. Sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1 Jo. III, 4.
2. — De libero Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. 1, 19. 20. 21.
4. D. Damhaueri Aethica Sancta sui vindicp.
5. Jo. Faust probr. de oratione divina cōstet XVII, 28.
6. D. Georgij Heberlini fascic. Myrtha. Cant. I, 13.
7. Andreas Ursinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de Vita Aeterna.
9. Christiani Metz. Manipulus thesū Præclarū sub B.
Sugemamo propositarū.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudæo Panshica in
Divina de Deo Angelic & Homine.
11. Christoph Laur. Meelshörer p. tr. de Chriasmō.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persecutione Venerabil.
13. Gabrielis Wedderkopff de Atheismo Sconianorū.
14. Michael Foesch de Legum naturalium Origine.
15. —. De ordine script. S. prout ea tum. Nat. conve-
niunt de 8.
16. c. Jo. Fecht de Iudice Controversiarum.
16. a. —. de S. Trinitate.
16. b. —. De Anti Chriſto.
17. —. De Juratore Sancto.
18. —. De Juratore.
19. —. De Communionē sub utraq

20. D. Go. Ficht de Missa.
 21. —. De sacramentis.
 21. —. De vocatione Ministrorum Ecclesie.
 22. —. De Celibatu eorundem.
 23. —. De Peccato.
 24. Hoornbeek de Theologia Praxi.
 25. —. Pars posterior.
 26. —. de Tentatione Dei.
 27. —. De Autoritate N. Test.
 28. —. De Pietate.
 29. —. De Devotione.
 30. —. De Meditatione Sacra.
 31 } —. De Studio verbi divini.
 32 }
 33. —. De sensu divina gratia.
 34. —. De Fiducia in Deo.
 35. —. De Gaudio Spirituali.
 36. —. De Zelo.
 37. —. De Christo.
 38. —. De Ascensione Christi.
 39. —. De gloria Christi celesti.
 40. —. De Spiritu S.
 41 } —. De Providentia.
 42 }

42 }
 43 }
 44 }
 44 }
 45 }
 46 }
 47 }
 48 }
 49 }
 50 }
 51 }
 52 }
 53 }
 54 }
 55 }
 56 }
 57 }
 58 }
 59 }
 60 }
 61 }
 62 }
 63 }
 64 }

42. } Floornbeck de Predestinationes.

43. }

44. }

44.β. —. De Sabbato.

45. —. De Ministerii acceptiones.

46. —. De Examine Ministrorum.

47.β. —. De eorum Officio.

48.)

49. }

50.β. —. De Ecclesiasticorum Vita.

51.)

52. }

53. —. De Foedere Ecclesiastico.

54. —. De Mundo.

55. —. Ad Matts. xxiii, 37.

56. —. —. xl, 20. 21.

57. Jos. Coreji de divinitate Script.

58. } —. de Perfectione Script.

59. }

60. } —. de Foedere gratie et Vet. ac N. T.

61. }

62.β. } —. de eo quod Icy est.

63. }

64. —. De statu Humilitationis Christi.

65. Jo. Coareji de Regeneratione et Resurrectione.
66. ———. De Oblatione Christi.
67. Wetstenii. De unione Personali in Christo Forma,
 Tine Effectus. etc.
68. — Lucia Gercken de Forma Unionis Personali
 in Christo.
69. ———. De Promissione Dei.
70. ———. De Peccato in Spiritum S.
71. Wetstenii de Praedest. Bonorum et malorum.
72. ———. Gius et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

68,

DISPUTATIO THEOLOGICA
S E C U N D A,

De

FORMA UNIONIS
PERSONALIS IN CHRISTO:

Αναστασίου.

Quam, J E H O V A H Benedicente,
S U B P R A E S I D I O,

Plurimum Venerandi & Clarissimi V I R I,

D N. L U C Æ G E R N L E R I,
S. S. Theol. D. Locorum Communium
ac Controversiarum Profefs. meritisfimi,
Ecclesiæ Basileensis Antistitis vigilan-
tissimi, Studiorum Patroni summâ
reverentiâ colendi,

Publico examini exponit

C A S P A R U S S C H L U M P F I U S,
Sangallo-Helvetius.

D. 29. Mensis Maji, An. M DC LVII.

Horâ locoque consueto.



BASILEÆ, Typis GEORGII DECKERI,
Academiæ Typographi.

I.
PATRIÆ PATRIBUS,

*Magnifico, Amplissimo, Prudentissimo, Gravissimo
Reipublicæ Sangallensis*

MAGISTRATUI:

*Plurimum ibidem Venerando ac
Vigilantissimo,*

MINISTERIO:

II.

PATRONIS SUMMIS,

Excellentissimæ Theologorum Basileensium Quadrige,

DN. JOH. RODOLPHO WETSTENIO, S.S. Theol. D. & N.T.

Professori celebratissimo, ac p. t. Acad. Rectori Magnifico:

DN. JOHANNI BUXTORFIO, S. S. Theol. D. Linguar. Orient.
& V. T. Professore excellentissimo, Venerandæ Facultatis Decano
Spectatissimo:

DN. LUCÆ GERNLERO, S. S. Theol. D. Loc. Comm. & Controv.
Profefs. clariss. Ecclesiæque Basileensis Antistiti Venerando:

DN. SAMUELI GRYNÆO, Ecclesiæ Leonhardinæ Pastori vigi-
lantissimo, Hospiti ac Præceptori omni observantiæ nexu pro-
sequendo:

III.

FAUTORIBUS & COGNATIS,

*Viris Nobilissimis, Spectatissimis,
Integerrimis*

DN. JOACHIMI }
DN. LAURENTII } ZOLLICOFERORUM,
DN. LEONHARDI } p. m. HÆREDIBUS;

UT ET

DN. SIGISMUNDO }
DN. NICOLAO } ZOLLICOFERIS:
DN. BARTHOLOMÆO }
DN. FRIDERICO SCHOBINGERO:

*D. D. Mecanatis & Studiorum Promotoribus, Exercitii hujus
Academici consecratione debitum Gratiitudinis monumen-
tum erigere conatur*

CASPARUS SCHLUMPFUS,
S. S. Theol. Stud.



T H E S I S I.

DE Forma Unionis hypostatica, relicta mihi est ventilatio hujus Quæstionis: An illa consistat in communicatione hypostaseos, eo modo ac sensu, qui ad calcem superioris Disputationis exprimitur?

Affirmativam tenent Adversarii, quorum sententia in tribus his capitibus consistere videtur.

1. Hypostasim ξ λόγῳ naturæ humanæ communicatam esse eâ communicatione, quæ sit ab unione distincta.
2. Eandem ita communicatam naturæ humanæ, quemadmodum ei quoque sint communicatæ proprietates naturæ divinæ.
3. Naturam hujus communicationis esse perichoristicam.

Singula hæc examinabimus.

II.

PRIMA sententia duo afferit: alterum, hypostasim ξ λόγῳ naturæ humanæ esse communicatam: alterum, esse communicatam communicatione ab unione distincta; hoc posterius adjiciunt, ut removeant sententiam eorum, qui per communicationem nihil aliud intelligunt, quàm unionem, ut communicatum esse idem sit, quod unitum esse.

Itaque 1. communicans est λόγῳ.

2. id, quod communicatur, est $\psi\omicron\sigma\epsilon\iota\varsigma$.

3. id, cui communicatur, est humana natura.

4. modus talis est, ut natura humana habeat hypostasim, non quidem per se, in & ex se, sed per unionem. Vide finem superioris Disputationis. Singula sunt examinanda.

III.

Quæritur: I. An ὁ λόγος possit communicare suam hypostasim? Negamus. Rationes petuntur.

1. à negatione Testimonii: quia id nullibi dicit Scriptura.

2. à consideratione Persona in genere:

a. Nulla Persona potest hypostasim suam communicare.

At λόγος est Persona, Heb. 1. 3. Joh. 1. 1, 2. & c. v. 14.

Ergo, & c.

Major probatur ex Definitione Personæ:

Nullum Individuum subsistens, vivum, intelligens, incommunicabile, non sustentatum ab alio, nec pars alterius, potest communicare suam hypostasim.

At Persona est Individuum & c. Ergo, & c.

Minor extra controversiam est.

Major certa est:

Si enim communicare posset suam hypostasim, non esset Individuum, non incommunicabile, esset pars alterius, scilicet cui communicaret suam hypostasim.

Hoc autem absurdum. Ergo, & c.

1. non individuum: quia divideretur in id, quod communicat, & id, cui communicatur.

2. non incommunicabile, quia quod communicat sese, sive suam hypostasim, non est incommunicabile.

3. esset pars alterius, nempe ejus, cui communicaret suam hypostasim.

IV.

β. Si Persona potest alii communicare suam hypostasim, tunc communicat vel existenti extra se, vel existenti in se.

Atqui neque huic, neque illi potest communicare. Ergo, & c.

Assumptum quoad prius lemma extra dubium est. quoad posterius lemma ita probatur:

Aut

Aut communicatur parti, vel essentiali, vel integrali,
aut accidenti inexistenti. At nulli horum.

Ergo, &c.

Assumptio probatur:

Si ulli, &c. tùm personaliter subsisterent.

Hoc autem absurdum: Si enim horum ullum
personaliter subsisteret, tùm omnes par-
tes, omnia accidentia personaliter subsi-
sterent. Ita communicata esset hyposta-
sis ἡ λόγος non tantùm humanæ naturæ,
sed & singulis ejus partibus, imò acci-
dentibus.

V.

γ. Si exempli gratiâ hic homo, vel Petrus, communi-
cat suam hypostasim alii, sive extra se, sive intra
se existenti, tùm id, cui communicatur, etiam
potest dici *hic homo*, vel *Petrus idem numero*.

Posterius est absurdum: nam nec anima Petri, nec
corpus, &c. nec quicquam existens extra eum,
potest dici Petrus, nempe idem numero. Er-
go, &c.

Consequentia probatur, quia, quod communicat
hypostasim, communicat quoq; nomen suum
in concreto, quod tantùm est hypostaticum.

V. I.

3. à consideratione *Personæ divinæ*:

I. Si Tres Personæ S. S. Trinitatis, etsi sint in unitate
essentiæ, unum simplicissimum, non possunt sibi
in vicem communicare hypostasim suas commu-
nicatione ab unione distinctâ, tùm neque ὁ λό-
γος, vi Unionis Personalis, potest communi-
care suam hypostasim humanæ naturæ, commu-
nicatione ab unione distinctâ.

Prius est in confesso: neque enim Pater potest Filio
aut Spiritui S. dictâ communicatione com-
municare hypostasim suam, aut vicissim: Patet
hoc ex iis testimoniis, quibus personæ inter se

distinguuntur, Psal. 110. v. 1. Matth. 3. v. 16, 17.
Matth. 28. v. 19. Joh. 14. v. 16, 26. & 15. 26. &c.
Ergo, &c.

Consequentia patet: quia si non major, at non minor
est unio Personarum S. S. Trinitatis, quàm
ἡ λόγῃ & naturæ humanæ.

2. Quia *objici* posset, tres Personas inter se uniri *unione es-*
sentiali: quò referuntur loca, quæ unum esse Deum
docent, Deut. 6. 4, 5. 1. Cor. 8. 6. 1. Tim. 2. 5. in-
primis, 1. Joh. 5. v. 7: λόγον verò, & humanitatem
unione personali, & consequenter, licèt Pater non
communicet hypostasim suam Filio, Filium tamè
communicare hypostasim suam naturæ humanæ,
quia uniantur in unam personam;

Respondeo. Si communicare idem sit, quod unire, fa-
temur: si verò intelligitur communicatio ab unio-
ne distincta, seu Unionis consequens, sive Esse-
ctus, per quem natura humana habeat hypostasim
ab hypostasi ἡ λόγῃ ἁπλῶς per participatio-
nem aut quocunque alio modo, negamus. *Ratio*
hæc est, quia neque tres Personæ hypostases suas,
præter ineffabilem unionem cum essentia divina,
ullo alio modo ab unione distincto, communi-
cant divinæ essentiæ: neque ὁ λόγῃ hypostasim
suam naturæ divinæ communicat ullo modo ab
unione distincto.

Ergo nec ὁ λόγῃ hypostasim suam præter unio-
nem ullo alio modo communicat naturæ humanæ.

VII.

3. Persona ἡ λόγῃ, quæ ante Incarnationem fuit ἁπλῶς,
momento Conceptionis, facta est ἐνσάρκῃ, ideoque
includit & subsistentiam, & naturas singulares, tum
divinam, tum humanam: estque jam Θεάνθρωπος
Deus Homo, Homo Deus, Joh. 1. v. 14. Gal. 4. 4.
Phil. 2. 6, 7. &c. Si itaque hæc Persona ἐνσάρκῃ
suam subsistentiam communicavit naturæ humanæ
communicatione ab unione distinctâ, tum sequitur,
non

non satis fuisse, ut λόγος humanam naturam in suam ὑπόστασιν affumeret, sed necesse fuisse, ut jam tota Persona Θεάνθρωπος suam hypostasim, seu modum subsistendi, quo jam Christus Deus & Homo subsistit, amplius naturæ humanæ communicaret, ideoque præter Unionem alio singulari modo.

Ratio Consequentia est, quia hæc communicatio, ex hypothese Adversariorum, non est ipsa unio, sed ut consequens unionem, & ab eadem distinctum quid: ideoque Persona communicans Θεάνθρωπος communicavit ulterius naturæ humanæ hypostasim.

At verò Consequens est absurdum: aut enim natura humana cum λόγῳ in unione perfecte fuit unita, aut imperfecte: non autem imperfecte, sic enim Mediator, seu Θεάνθρωπος non fuisset conceptus, quod contra analogiam fidei: ergò perfecte; nulla itaque causa est, cur ulteriore modo hypostasim suam communicaret Incarnatus carni seu naturæ humanæ.

Quicquid sit, communicatio hypostasios cujuscunque in universum nullo alio modo fieri potest, nisi in unione, aded, ut communicare hypostasim nihil aliud sit, quàm unire in hypostasim, quod in seqq. amplius patefcet.

VIII.

4. Ἐξαγώνιον est, ided non posse Deum Patrem Filio vel Spiritui S. communicare suam hypostasim, nec Filium Patri aut Spiritui S. nec Spiritum S. Patri aut Filio: quia characteres personales, qui cum hypostasi identificantur & recipiuntur, non possunt communicari: neque enim Filius, vel Spiritus S. ab æterno gignit Filium, nec Pater gignitur à Filio, nec procedit à Filio vel Spiritu S. Psal. 2. 7. Joh. 3. 16. & 14. v. 16, 26. Gal. 4. v. 4.

Ergo neque λόγος potest communicare characterem suum, qui cum hypostasi ipsius recipitur; ut Persona Filii sit, quæ ab æterno in æternum à Deo Patre modo

hond

modo nobis ineffabili gignitur; & vicissim Persona, quæ ab æterno in æternum à Deo Patre gignitur, est Persona Filii: hoc verò naturæ humanæ Christi communicari nequit, quia nec Persona esse, nec ab æterno generari potest.

Nec obstat, Christum hominem, posse dici Personam ab æterno à Patre genitam, Matth. 16. 16. hoc enim dicitur de Christo non secundum humanam naturam, sed secundum divinam, à Patre per æternam generationem ei communicatam: & hoc ipsum Adversarii inficias ire non audent, qui, licet humanæ Christi naturæ Idiomata quædam essentialia communicata esse dicant, æternitatem tamen, vel æternam generationem, attribuere illi non audent.

Et hætenus vidimus, λόγον potuisse naturam humanam in hypostasin suam assumere, sicque sibi unire, arque unitam in æternum sustentare; suam verò hypostasin aliter, seu communicatione ab unione distincta, ei communicare non posse: quod non modò nullam imperfectionem aut impotentiam, sed potius summam ejus perfectionem arguit.

IX.

II. Nunc considerandum est, *An hypostasis sit id, quod humana nature communicari potuerit?*

Nos iterum dicimus, hypostasin Ἐλόγῳ, & naturam humanam esse unita, & ita unita, ut in una hypostasi sit & natura divina æterna, & natura humana assumpta in tempore: Breviter, hypostasin unitam fatemur naturæ humanæ: sed insuper eidem humanæ naturæ, singulari alio communicationis modo, ab unione distincto, unionem consequente, communicatam esse, hoc cum S. Scriptura ignoramus, & præter ea, quæ ex dictis patent, opponimus seqq.

1. Hypostasis, seu subsistentia personalis, est *unibile* quid, quod patet ex hypostasis SS. Trinitatis 1. Joh. 5. v. 7. sed non est *communicabile* quid. Itaque sic argumentor:

Quod

Quod est simpliciter incommunicabile, non potest communicari.

Hypostasis est simpliciter incommunicabilis. Ergo, &c. Major manifesta est: Ut enim impossibile est, idem esse, & non esse: ita impossibile est, idem esse incommunicabile, & communicabile.

Minor sic demonstratur:

Quod facit, ut res extra suas causas ita existat, ut non possit inexistere aut inniti alteri, sed aliis in se existentibus substet, & supponatur, id est simpliciter incommunicabile: Ratio, ita enim distinguit res, quæ tùm extra, tùm intra se sunt.

Hoc autem facit hypostasis seu subsistentia. Ergo, &c.

2. Quod dictum de hypostasi in communi, id singulariter de hypostasi ἡ λόγῃ manifestius est, quòd singularissima sit.

Ea enim ita se habet, ut nec Substantiæ *increate* alteri, vel aliter considerata, minus *create* communicari possit, scil. communicatione ab unione distinctâ. Non essentiæ divinæ *in communi* considerata, hæc enim foret Filius Dei æternus.

At dicas, potest communicari tùm naturæ divinæ, ut refertur ad secundam S. S. Trinitatis Personam, id est Filium; tùm naturæ humanæ assumptæ.

Resp. Hypostasis Filii Dei diversimodè consideratur, tùm *Extra Oeconomiam*, tùm *Ad Oeconomiam*, & *In Oeconomia*. Si consideratur *extra Oeconomiam*, vel concipitur in *abstracto*, pro nostro concipiendi modo, ceu modus sive $\tau\epsilon\acute{o}\pi\omicron\upsilon\pi\acute{\alpha}\rho\chi\epsilon\omega\varsigma$, & communicatur essentiæ divinæ, id est, unitur à Deo Patre eidem, determinando eam ad hoc, ut sit essentia Filii, sed quod præter dictam unionem, communicatione ab unione illa distinctâ, hypostasis illa

B

abstractè considerata, naturæ divinæ pro porrò communicata sit, forsan, ne Angelus quidem concipiat. Vel consideratur hypostasis Filii in *concreto*, quâ consideratione includit tùm *ἡρόπον ὑπέρξεως*, tùm essentiam divino *ἡρότω* illo restrictam: atque ita considerata hypostasis ulteriore communicatione naturæ divinæ, quâ communicari vel possit, vel opus sit?

Si consideratur *ad Oeconomiam*, & sic dicimus, eam communicatam esse naturæ assumptæ, i. e. naturam humanam unitam hypostasi *ἡ λόγος*, atque ita hypostasis illa, quæ prius determinavit naturam divinam, in se singularissimam, at communem tribus Personis, ad hoc, ut esset secundæ Personæ, i. e. Filii Dei: nunc una cum divina determinat humanam naturam ad hoc, ut in singularissima natura, divinâ & humanâ sit, non alia, sed eadem illa æterna hypostasis *ἡ ἀνθρώπου* ☉, Christus, ac Mediator Dei & Hominum. Denique in *Oeconomia* hypostasis illa *ἡ λόγος* in *Concreto* considerata, includit tùm *ἡρόπον ὑπέρξεως* æternum, qui est à Patre: tùm naturam divinam, & humanam: & sic quoque considerata hypostasis post unionem, communicatione ab unione distinctâ, neque naturæ divinæ, neque humanæ ulteriore modo est communicabilis.

Atque sic ex consideratione *Objecti*, quod communicatum esse dicitur, id est *ἡ προσείσεως*, communicatio illa ab unione distincta in fumum abit.

X.

III. Pergo ad *tertium*, scilicet *Subjectum*, ubi quæritur: *Cui ὁ λόγος* ☉ *hypostasin suam dictâ communicatione communicet?* Subjectum hoc est natura humana, ex cujus consideratione manifestior fiet nullitas hujus communicationis.

1. *Generale argumentum*: Ut hypostasis est objectum incommunicabile, i. e. id quod communicari impossibile

libile est, ut demonstravimus: ita humana Christi natura est *Subiectum incommunicabile*, i. e. cui hypostasis communicari nequit.

Falsum igitur est, hypostasin ξ λόγῳ communicatam esse carni communicatione ab unione distinctâ.
Major negari nequit: *Minor* probabitur jam argumentis specialibus.

2. Quod per se existere & subsistere nequit, ei non potest communicari hypostasis ξ λόγῳ communicatione ab unione distinctâ.

At caro Christi per se existere, & subsistere nequit. Ergo, &c.

Major probatur: quia Subsistentia est modus existentie superadditus, à quo res habet, quod non in alio, sed per se existere possit; unde, barbare licet, *omni-modâ Perseitas existendi* dicitur.

Minor probatur:

Quod existit in Supposito seu Persona ξ λόγῳ, id per se existere & subsistere nequit: quia de ratione suppositi tantum est, quod non possit inesse alteri, ac proin neque communicari.

Atqui humana natura Christi existit, Heb. 2. 16. Ergo, &c.

3. Hinc aliud emergit argumentum à paribus illustratum: Humanæ naturæ Petri, seu in Petro existenti, vel unitæ cum hypostasi, non potest communicatione illam consequente, & ab illa alia, communicari hypostasis. Ad quid enim necessum est, ut hypostasis, seu modus subsistendi personalis, unicus singulari naturæ Petri, ulteriori modo ei superaddatur, vel communicetur? num ut ipsa natura humana Petri δ πρώτως habeat hypostasin, sicut Petrus κ υρίως & πρώτως? seu ut humana natura appelletur Petrus? Quæ verò foret hæc confusio abstracti & Concreti? certè non natura humana, sed habens naturam humanâ dicitur homo. Ita essentiæ divinæ, quæ ineffabili modo in tribus Personis Trinitatis existit, præter unionem nullâ aliâ com-

municatione ab unione diversâ communicari potest vel una, vel altera, vel tertia, vel ab his alia distincta hypostasis, secus foret Persona quarta: aut posset dici Deus à Patre, Filio & Spiritu S. alius, quæ absurda sunt. Nec essentia divina, quatenus in λόγῳ existit, & ad eum determinatur, præter unionem ullâ aliâ communicatione communicari potest hypostasis unita & illam determinans; cui bono enim jam determinata amplius determinaretur?

Ergo nec humanæ naturæ post assumptionem in unionem hypostaseως ἔ λόγῳ eadem hypostasis ulla communicatione communicari potest.

Consequentiam, qui non intelligit, quid intelligat non video.

4. Hypostasis convenit solis substantiis singularibus completis, nomine Concreto denominatis, ut Petrus, hic homo, &c.

At natura humana non est substantia singularis completa, concreto nomine denominata: aliâs λόγῳ assumpsisset hominem.

Ex dictis itaq; constat, humanam naturam non esse δεξι-
κὸν ὑποκείμενον, cui dictâ communicatione possit communicari hypostasis.

XI.

IV. Restat igitur *Quartum* dispiciendum, id est, *modus*, quo ὁ λόγῳ hypostasin suam naturæ humanæ communicare dicitur.

Hunc ostendunt Adversarii

ἄποφατικῶς; docentes, se per communicationem non intelligere ipsam unionem ἔ λόγῳ cum natura humana; eò quòd hæc sit *mutua*.

καταφατικῶς: sed intelligendam communicationem aliam & distinctam ab unione, quam explicare conantur his & similibus terminis: quòd *humana natura habeat hypostasin non quidem per se, in & ex se, sed per unionem: non κρυβῶς & πρώτως, non naturaliter, sed vi unionis personalis, quâ ὁ λόγῳ humanitatem suam primâ suâ*

ac in-

ac intimâ perfectione personali terminaverit, & substantialiter compleverit, ac in esse ultimo & hypostatico constituerit, &c.
De his & similibus phraeologis dicimus, eas esse

- α. ἀγέτης; earum namque nec vola nec vestigium apparet in S. Scriptura.
- β. ambiguas: ut enim, si de unione tantum intelligen- tur, forsan tolerari possent; ita quo sensu ipsi eas ca- piunt, an ipsimet capiant, ambigimus.
- γ. videntur tibi cinem supponere Nestorianismo, quem ut diluant, sequentibus respondeant Objectionibus necessum est.

XII.

1. Si post unionem, hypostasis ἡ λόγος, communicatione con- sequente, facta est hypostasis naturæ humanæ, sequitur duplicem esse hypostasim, alteram ἡ λόγος, quæ est æterna; alteram carnis, communicatam carni post unio- nem in tempore.

Prius asserunt Adversarii. Ergo & posterius.

2. Omnis substantia primâ ac ultimâ perfectione personali terminata, & substantialiter completa, ac in esse ultimo ac hypostatico constituta, est Persona.

Hæc Propositio; si vera non est, nec ὁ λόγος, nec divina alia; nec humana persona est persona.

Atqui secundum Adversarios natura humana Christi est primâ & ultimâ perfectione personali determinata, substantialiter completa, ac in esse ultimo & hyposta- tico constituta.

Ergo, &c.

Nec evitabunt Adversarii hoc telum distinctione: ve- ram esse majorem de ea substantia, quæ propria hypostasi sit determinata; non veram de ea, quæ ab alia hypostasi sit determinata. Etenim sive à propria, sive ab alia hy- postasi sit determinata, est nihilominus verè determi- nata & in esse ultimo ac hypostatico constituta, & consequenter Persona.

3. Quod est Personæ plenè capax & particeps, ita ut habeat hypostasim sive per se, sive per aliud, sive κενῶς ἢ πρώην

τως five non, id persona est, five per se, five per aliud,
five κυρίως καὶ πρώτως five ἐπιμένως καὶ διδύμως.

At natura humana Christi est Personæ plenè capax, &c.

Hæc iterum est Adversariorum. Ergo est Persona.

4. Quod habet hypostasim ab ὑποστάσι & λόγῳ distinctam,
id est Persona, à Persona & λόγῳ distincta.

Atquæ juxta Adversarios, natura humana habet hyposta-
sim ab hypostasi & λόγῳ distinctam: λόγῳ enim ha-
bet hypostasim cum caractere, i. e. æternâ generatione,
quâ dicitur Filius Dei Patris æternus: humana verò
natura habet hypostasim absq; caractere: neque enim vel
immediatè eum habet, quod fatentur Adversarii: neque
mediatè, quia natura humana nullâ ratione dici potest
ab æterno genita, etsi Christus homo, non quâ talis, sed
qui homo est, ab æterno genitus verè dicatur; sed secun-
dum divinam, non secundum humanam naturam.

Ergò secundum Adversarios humana natura est Persona
à Persona & λόγῳ distincta.

5. Quod personaliter subsistit, illud est Persona.

Natura humana personaliter subsistit, juxta adversarios.
Ergo, &c.

In majore terminus medius vocibus constat cum persona
convertibilibus, si nempe propriè sumantur: nam pro-
priè subsistere non tribuitur, nisi suppositis: persona-
liter autem subsistere tribuitur suppositis rationali-
bus, quæ sunt Personæ.

Si verò hic sensus esset hujus phrasæ, quod in Persona
existit non reciperetur cum Prædicato, & sic nulla
esset controversia.

At verò Adversarii phrasim illam nobiscum ita non in-
terpretantur: amplius quid volunt, nempe carnem
subsistere personaliter, per communicatam sibi ultra
unionem, subsistentiam personalem; unde sic pro-
batur major:

Quod habet subsistentiam personalem est Persona

Quod personaliter subsistit, habet subsistentiã, &c. Ergo.

Major patet: Subsistentia enim modus est omnibus
substantiis singularibus completis, per se existen-
tibus

tibus communis : τὸ personaliter verò modum innuit
restrictum ad Personam.

XIII.

Accedimus nunc ad SECUNDAM partem propositam, quâ
Adversarii modum hujus communicationis ulterius ex-
plicant, docentes, *ita communicari hypostasin naturæ humanæ,*
sicut Proprietates naturæ divinæ eidem communicentur.

At hic primò observandum, petere Adversarios principium :
nondum enim probatum est, communicari naturæ hu-
manæ proprietates naturæ divinæ communicatione ab
unione distinctâ. Itaque si hæc communicatio nulla est,
explicatio quoque inde nulla est, imò communicatio hy-
postaseos suspecta : dein remotis quibusdam communi-
candi modis, asserunt Proprietates divinas naturæ hu-
manæ communicari *denominativè*, ideoque naturam hu-
manam dici Omnipræsentem, Omnipotentem, &c.

Si itaque pari modo hypostasis seu Persona ἡ λογῆ naturæ
humanæ communicatur, tum natura quoque humana
non minùs denominabitur Persona, quam Omnipræ-
sens, &c.

Atqui aut statuitur naturarum in Christo Eutychiana con-
fusio, una utriusque naturæ Omnipræsentia, unâ Maje-
stas, & consequenter una essentia : siquidem Proprietates
divinæ, & inter se, & cum essentia sunt τὰ αὐτὰ π: aut duæ
naturæ Omnipotentes, ideoque duæ personæ cum Ne-
storio ; omnis namque Omnipræsens est Persona.

XIV.

Supereft TERTIUM, scilicet, *naturam communicationis hypo-*
staticæ esse Perichoristicam. Illud verò fatemur, *ἡ ἐκχώρησις*
naturæ divinæ & humanæ esse intimam, mutuam, inse-
parabilem, & à quo facta est, æternùm duraturum : nega-
mus verò

1. Eam esse Unionis hujus formam, seu differentiam speci-
ficam, aut ex eo probari, aut demonstrari posse commu-
nicationem hypostaseos eam, de quâ hic controverti-
tur, quod patet breviter ex sequentibus rationibus :
a. quia *ἡ ἐκχώρησις* hæc est communis.

1. essen-

1. *essentia divina*, adeoque omnibus SS. Trinitatis Personis, cum omnibus Sanctis Angelis & Homini-
bus, sed & cum reprobis, imò cum omnibus crea-
turis, Jer. 23. 23, 24. Joh. 14. 10. Act. 17. 28. Quis verò
inde concludat, hæc omnia esse, cū Deo Trinuno
personaliter unita, seu *ὑποστάσις* Trinitatis iis esse
communicatas?

2. *multis creaturis invicem*: ita permeat corpus ignem,
aërem, aquam, aliãq; penetrabilia, quæ tamen in-
ter se subsistentias suas; seu suppositalitem pro-
prium nō communicant, neq; etiam Proprietates
suas, nisi eo ipso, dum uniuntur, i. e. unibiles sunt
ille subsistentiæ, communicabiles autem non sunt.

β. quia, si *ὑπεχώρησις* esset causa communicationis hy-
postaseos hujus, de qua disputatur, sequeretur tres
Personas SS. Trinitatis suas hypostasies sibi invicem
ita communicare, ut vel inter se non distinguantur,
vel planè coalescant in unam Personam.

2. Ex *ὑπεχώρησις* hac sequi communicationem Omnipræ-
sentiæ, &c. factam naturæ humanæ negamus: nam

α. Si positâ *ὑπεχώρησις* hanc sequitur communicatio
Omnipræsentia naturæ humanæ facta; tūm quic-
quid divina natura intimè, mutuo, inseparabiliter,
& in æternum permeat, id ubique est:


Consequentia est evidens: à *quia* enim ad *omne* valet
Consequentia. Quot verò & quanta absurda sub-
sumi possint, facile agnoscit, nisi cui fungus pro
cerebro est.


β. Positâ *ὑπεχώρησις*, natura humana toto exinanitio-
nis Christi tempore, salvâ unione personali non
erat ubiq; ubi fuit natura divina, teste apertissimâ
S. Scripturâ.


Ex *ὑπεχώρησις* itaque Omnipræsentia naturæ hu-
manæ non sequitur, sicut nec ex Unione.


Atque hæc, de forma unionis hypostaticæ,
ἀνασχεδιαστικῶς dicta sufficiant.


ΜΟΝΩ ΔΟΞΑ ΘΕΩ.

















POENA PECCATI.

bilissimo, hoc est, per propria merita, contra Pontific.
otus concupiscentiæ, prævertentes rectæ De Peccato
nem & voluntatis consensum, sint peccata Actuali.
tra Pontific.

ccata omnia sint paria; an potius alia aliis
A. poster. contra Stoicos & Seb. Francum.
hæc graduum differentia inter peccata eo-
t quædam dicenda sint per se, & ex rei natu-
guitatem offensæ, Venialia? An item bene
ium & Mortalium à Lutheranis propugne-
ontra Pontific. Hoc contra Lutheran.
atum in Spiritum S. sit irremissibile peni-
an verò sic dicatur tantum secundum quid,
riè & ut plurimum non remittatur? A. prius,
ntific.

ors temporaria per se sit poena peccati? A. De Poenæ
Peccati.

olores partus in muliere, item spinæ ac tri-
peccati rectè annumerentur? A. contra Socin.
delium afflictiones, non tantum suâ naturâ,
næ propriè dictæ, & satisfactoriæ pro pecca-
e medicinales, ad ipsorum emendationem
ordinatæ? N. prius; A. poster. contra Pon-

omnis actus Legi repugnans per se damna-
solus habitus vitiosus, & inveterata peccan-
ortem æternam mereatur? A. prius; N. poster.

mors æterna consistat in poena damni tantum,
totius hominis, inchoanda demum in con-
; an verò in poena sensus, & perpessione crum
in infernalium, quæ mortem corpoream sta-
prius; A. poster. contra Socinianos.

saltem in morte æterna poena damni, id est,